

que non potest excusari per auctoritatem iudicariam competentem, cum utique nullus sit tytulus dicti domini Vlrici, ex quo non est confirmatus, et dudum tempora transierunt, eciam posito quod esset colorate electus, cuius tamen contrarium constat, ut in apostolicis domini Martini et eciam domini nostri moderni litteris continetur.

205

Nec moveat v. r. p., quod dictus Nicolaus suggerit, licet falso, de scandalo, quod propter observationem interdicti, quod usque ad novem dies post recessum Treuerensium servari mandatur, quam quandam exorbitanciam nominat et quam exorbitanciam tolli desiderat atque petit etc., cum non sit istud novum, quod talia interdicta ponantur, sed longissimis temporibus a sede apostolica et suis delegatis introductum in odium rebellium et mandata apostolica contempnencium, et propterea non nequissimum, ut ipse asserit, sed valde equum, nec in Alamania inauditum, ut eciam asserit, sed cottidie usitatum et practicatum. Quod eciam si exorbitare videretur, pro nunc tamen attenda notoria rebellione dictorum adversancium nichil circa hoc videtur aut convenit specialiter innovandum, etsi scandala ex premissis, quod absit, orirentur, quia tamen secundum sanctorum patrum traditiones obediencia melior est quam victima et quia non obedire mandatis apostolicis inducit mortale peccatum et contemptum, ut videtur pocius tale scandalum esset permittendum quam peccatum inobediencie sive mortale committendum. Imputet autem sibi dictus impetrans et dicto intruso suo et suis complicibus et nulli alteri, si scandala in fide, in cultu divino, in clero vel in populo quomodolibet oriantur, quoniam ipsi soli sunt in causa.

210

215

Quare . . . pocius videtur, contra dictos . . . per hoc sacrum concilium cooperando in hac parte dispositioni, ordinacioni et provisioni sedis apostolice tam sollempniter, mature et ex certa sciencia cum concilio dominorum cardinalium facte, quod plena assistencia . . . Rabano in iure suo clarissimo adhibeatur et pene contra dictam partem adversam aggraventur et contra eandem tamquam contra . . . suspectos de heresi procedatur . . . , *auf daß Kleriker und Laien*, prelati, principes et alii per totam Alamaniam huius sacri concilii in hac controversia iustam et sanctam intencionem, determinacionem sive ordinacionem ac debitum finem expectantes hoc sacrum consilium magnificent et extollant ac deum altissimum glorificent, qui est in secula benedictus.

220

225

217 Imputet: Imputat.

#### 1432 Oktober 13, Basel.

Nr. 142

*Konzilsprotokoll. NuK als Prokurator des Trierer Klerus.*

*Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 (s.o. zu Nr. 102) f. 80r.*

*Druck: CB II 244.*

*Erw.: Vansteenbergh 55; Meuthen, Trierer Schisma 139.*

In deputatione pro communibus . . . dominus decanus Confluencie pro et auctoritate cleri Treuerensis requisivit, quod super supplicacione alias per eum nomine quo supra porrecta vellent deliberare; nam alie deputationes deliberaverant, quod darentur iudices etc.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> 1432 X 29: . . . in deputatione pro communibus . . . super causa Treuerensi fuit ordinatum, quod partes hincinde per concilium citentur personaliter et fiat iusticia; P f. 86r; CB II 259.

#### <1432 Oktober 31, Basel.>

Nr. 143

*Ein Prokurator des Trierer Klerus <NuK>. Protestationen gegen die von Rabans Seite gegen die Supplik <Nr. 128> vorgebrachten Argumente.*

*Kop. (gleichzeitig): ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 66r-67v; f. 62r-63r (mit Korrekturen von Job Vener, der rückseits f. 63v schreibt; Detur magistro Hugoni utriusque iuris doctori); f. 68r-70v (Abschriften der erstgenannten Abschrift); f. 64r-65v (Abschrift der zweitgenannten Abschrift).*

*Druck: Baluze-Mansi III 144f. (nach der ersten Abschrift).*

*Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 21 Nr. 29, 127 und 139f.*